

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Marco Antonio Murato, Romam. Epist. XIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

ab illo te quoque amari plurimum sensi; vel quod eo nihil humanius, nihil amabilius. Præterea, quod te vehementer movebit, multis nominibus ego illum in oculis fero: nec in eo rivales habeo paucos. Faloppio nostro si discessum meum excusaveris, cum uxoris morbus urgeret; gratissimum erit. Nec tamen diutius hic me commoraturum puto. Tanti nihil est, ut vobis carere possim. Interim vale, & si vacat, scribe non accurate, sed, ut ego nunc, quicquid in buccam: ne pereat omnino fructus nostrorum sermonum: quem si literæ restituent; paulò feram levius absentis tui desiderium: cujus igniculum, è cubiculo meo cum discederes, sentire cæpi: nec deinde tuum spectrum discessit ab oculis meis. Venetiis.

MARCO ANTONIO MURETO, ROMAM.

EPIST. XIX.

Exstat etiam inter Mureti Epistolas Vol. I. lib. II. Ep. 22. Respondet autem Mureto ad lib. I. Ep. 12. Venit ad te.

1. Gratulatur Mureto, quod Regibus operam det, quod ingenium ejus Pontifici & Cardinalibus probetur. 2. Orationes ejus laudat. 3. Querela de obitu Duareni. 4. Significat se valere, & commentarios texere in Epistol. Ciceronis. 5. Gratias agit de amicitia Petri Fabri.

Form. Deferendi amorem: Meum in te animum &c. (A)

GAudeo, mi Murete, quod profectò etiam me tacente existimas, te navare operam Regibus in-

ingeniumque tuum, quod ego semper unice dilexi, extulique laudibus, à tanto Pontifice, & ab universo Cardinalium Collegio vehementer probari. Nam, si qui aliter sentiunt: quanquam quis est, qui aliter sentire possit? veruntamen si qui fortasse reperientur, quos livor impediatur, quò minus rectè ac sincere iudicare possint: de iis laborandum non erit: cum te præsertim ille noster, quem sequuntur multi, sed ille præter ceteros, qui nobis quasi *unusquisque* debet esse, non mediocriter ornet atque diligat. Hæc altera tua oratio priorem illam vel æquat, vel vincit, sententiarum, verborum, ordinis præstantiâ. Quo in officio, ac munere cupio te pergere. Simul enim perges in expedita, maximeque directa gloriæ via, per quam processisti jam longissimè, nemine præcurrente, me favente plurimum. De tua in me benevolentia, cum recordor meam, dubitare non possum. (A) Meum in te animum expertus jam es; eundem si & esse nunc, & perpetuò futurum arbitris, non fallam opinionem tuam. Nam & mea, non solum consuetudo, sed etiam natura ita postulat: & tu perficis eas laudes, quarum principia me olim, expectantem id, quod præstare te nunc video, in tui amorem impulerunt. Habeo summas gratias, quas agi à te cupio, Archiepiscopo Beccatellio: eumque meo nomine, ut quam licebit officiosè, quamque plurimum salutes, valde rogo. N. t. ut scribit ad amicos, floret honoribus in patria, carus Imperatori, jucundus omnibus. Nosti humanitatem, & ingenium: doctrinam auxit à discessu tuo, quantum vix credas: itaque summa omnia de illo

adolescente sperare nobis licet. Duareni obitu, de quo heri primum à Germano homine, qui ex Gal-
lia recens venerat, accepi, damni plurimum in iure
civili factum est. Evidem dolui vel tuâ causâ,
quod eum à te amari senseram; quanquam hæc, si
ferret humanitas, prorsus dolenda non essent. Quid
enim proficimus? angi quidem gravius, neque
communis conditionis necessitas concedit, & vitæ
commutatio, brevissimæ cum æterna, miserrimæ
cum beatissima, valde vetant. Ego nunc, quod ac-
ceptum divinæ benignitati refero, quodque tibi pu-
to fore jucundissimum, valetudine utor satis com-
moda oculis quidem optimis, quod aliquot annis
non contigit. Itaque, cum otium non ferrem, (scis
enim me quiescere non posse) commentarios in re-
liquas Ciceronis Epistolas cæpi texere: &, ut ini-
tia sunt, prorsus industria non *οὐχ ἔλα*. Absolvi, ut
mihi quidem videtur, maiorem partem, id est, tres
primos libros, &, extra ordinem, Octavum. In qui-
bus, ut dixi jam, nisi me communis *Φιλανθία* deci-
pit, non videtur opera malè collocata. Habebis in
clausula, de Petro Fabro, tuo dicam, an meo? ita me
triduo cepit, sibiq; devinxit ingenio, humanitate,
prudentiâ. Planè vixi, quàm diu mecum fuit: nec
mediocri sum amore discedentem profecutus: na-
tu, si nihil præterea meâ causâ velles, qui & vis, &
egisti jam plurimum, tamen hoc uno munere, quod
auctus per te sum tam ornati adolescentis amicitia,
meis omnibus in te studiis, quæ tu merita vocas, op-
timum gratiam retulisti. Vale. Venetiis.

HIE-